



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Clericorum Cvm Foeminis Cohabitatione, Licitane Ea  
Sit An Non, Tractatvs Ethicvs**

**Bossem, Matthias van**

**Dvaci, 1586**

Quinta conditio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45844**

215 QVOMODO STVDENDVM  
consilio cum mundi magistris , aposto-  
lis reliquerit omnia:iam quod in diuina-  
rum literarum monumentis intelligere  
donatum sibi animaduertit, de illo saltē,  
velut de meliori quodam thesauro, igno-  
rantibus lubenter, qua nouit & valet ra-  
tione, cōmunicet quod habet. Sic quippe

*Aug.epi.* benevolum istud atq; benignum imper-  
*132. O'* tiendi officium , meritum ei fiet vltreius  
*Bern.ser.* accipiendi, quod petit , iuxta illud, Date;  
*82.iij*  
*Cant.* & dabitur vobis. E contrario, qui absco-  
*Luc. 6.*  
*Eccl. 14* dit frumenta, maledicetur in populis.

*Quinta conditio.*

Quinto loco deuotis orationibus  
deuotam, nec non frequentem subiungat  
sacre eucharistiae communionem.  
Neque enim caritate solūm ter vene-  
rabile istud sacramentum cordis valet  
inflammare affectum , sed , si quidem  
puro corde sumatur , animi etiam mi-  
rificè illustat clarificatque intellectum.  
Experimentum requiris , aut argumen-  
tum ? Duo discipuli quando domi-  
num Iesum varie secum differentem in  
via, qua pariter tendebant Emmauntem,  
& scripturas obiter aperientem, non in-  
tellexissent, cognoverunt eum postea in

*fra:*

fractione eucharistici panis: quemadmodum annotatum reliquerunt Theophylactus, Bulgarie archiepiscopus, & venerabilis presbyter Beda. Notimus omnes theologi iuxta & philosophi, quam magno, quamque perspicaci ingenio præditus fuerit sanctus Thomas Aquinas. Verutamē cū iam inde à prima ille infantia sua, deuotissimè addictus seper esset dei genitrici Marię, & sacerdos postea creatus; satis nō haberet, si singulis diebus domino deo suo tremendi altaris offerret sacrificiū, nisi sua finita missa, alteri præterea cuiquam subministraret sacrificanti presbytero; factum est, vt plus orādo, quā studendo, in diuinarum rerum cognitione, profecisse memoretur. Neque verò difficile foret, similia de similibus quibusdā referre theologis alijs. Certè egregium illud ecclesiæ lumen, d. Bernardus, singularis ille virginis deiparæ amator, quicquid in scripturis sanctis valere certatur, per ea, quæ posteritati reliquit, monumenta (valet autē perplurimum) quicquid in eis spiritualiter sentit, nōnne id in sylvis maximè meditando & orando, non inter alios magistros, quam quercus

P ii

&amp;

*les vita  
eius l. 1.  
c. 4. & l.  
3. c. 3. &  
l. 5. c. 1.*

217 QVOMODO STVDENDVM  
& fagos, (quemadmodum gratioſo illo  
de ſeipſo ioco apud familiareſ ſuos dic-  
re solebat) eſt affeſtus?

*Sexta conditio.*

Sexto loco, iuxta communem omniū  
sanctorum theologorum conſuetudinē,  
perpetuam quandam diligenter p̄fſtare  
contendat sobrietatem ac temperatiam:  
quando illecebroſis ventris & gulę volu-  
ptatibus, haud aliter quam lutulēto quo-  
piam cōeno, mētis humanae candor, hor-  
rendum in modum, oblimari ſemper ſoleat.

Si in ſacrarum ſcripturarum ſcientia;  
quæ yna ſuper omnes ſcientias nobiliſi-  
ma eſt, volueris (ait quidam) proficere; cū  
magnō ſtudio oportet te abſtinere à deli-  
cato cibo, & potu immoderato, & ad ne-  
ceſſitatē dūntaxat parciū ſumere de  
utroque. Imo hoc illud eſt, quod per pro-  
phetam ipſe luculenter hac de conditio-  
ne edixerat olim nobis ſpiritus sanctus,  
vniuersae ſcripturæ ſanctæ autor ille pri-  
marius. Cū enim beatissimus Efaias ſtylo  
ſuo gulosos ſui temporis perſtringeret  
ſacerdotes, quorum ex hominum ordi-  
ne populus diuinæ legis ſcientiam requi-  
rere iuſſus erat: quem, inquietabat, do-  
cebit

Beda in  
prefati.  
medit.  
domini  
ca pas-  
ſionis.

Eſo. 28.